



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Larisseno Et Neopatreensi Archiepiscopis, & electo Citrensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

E I S D E M .

Epi. 148.
Confidimus do-
num Paefiani.

IVSTIS PETENTIUM DESIDERII &c. ut in alia usque vestris justis precibus inclinati, casale quod dicitur Paefiani cum suis pertinentiis à nobili viro Guillermo de Resi vobis pia devotione concessum, & à Goffrido de Villa-Arduni poftea confirmatum, sicut illud justè ac pacifice possidetis, vobis & per vos domui vestrae auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani xiv. Kal. Octobris, anno tertiodecimo.

E I S D E M .

Epi. 149.
Confidimus do-
num Paliopoli.

IVSTIS PETENTIUM DESIDERII &c. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus inclinati, casale quod Paliopolis dicitur cum suis pertinentiis à nobili viro Hugone de Bezenon vobis pia devotione concessum, & à Goffrido de Villa-Arduni poftmodum scripto authentico confirmatum, sicut illud justè ac pacifice possidetis, vobis & per vos domui vestrae auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. usque incursum. Datum ut in alia per totum.

E I S D E M .

Epi. 150.
Confidimus do-
num Laffustan.

IVSTIS PETENTIUM DESIDERII &c. ut in alia usque vestris justis precibus inclinati, casale quod dicitur Laffustan cum pertinentiis suis à bona memoria Guillermo Campaniensis pia vobis devotione concessum, sicut illud justè ac pacifice possidetis, vobis & per vos domui vestrae auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo &c. usque incursum. Datum Laterani xiv. Kal. Octobris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

FERMOPILENSI EPISCOPO, & electo Citonensi, & Priori sancti Demetrij Thessalonicensi.

Epi. 151.
Scholae pro
Tunjanis
alveris Epif-
tyni Cito-
nianis.

Dilectorum filiorum fratrum militiae Templi in Romania recepimus questionem quod Episcopus Citonensis in quendam Capellanan eorum, pro eo quod ad porrigidendum viaticum cuidam confratrem eorum accesserat, manus iniciens, calicem cum eucharistia ei abstulit violenter, & ipsum turpiter ac inhonestè tractatum in fovea quadam inclusit in clericalis opprobrii honestatis; præterea cuidam eorum famulo posito in extremis in ipsorum

Tom. II.

injuriam denegari fecerit ecclesiastica sacramenta; unde absque penitentia & via tico diem clausit extremum. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis, & inquisita super præmissis & cognita plenius veritate, quod canonicum fuerit appellatione postposita statutatis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Nullis litteris veritati & justitiae præjudicantibus à sede apostolica impetratis. Quod si non omnes &c. tu, frater Episcope, cum eorum &c. Datum ut in alia.

ZARISSENO ET NEOPATRENSI
Archiepiscopis, & electo Citonensi.

INTER CETEROS RELIGIOSOS VIROS, quos Epis. 152.
quemlibet convenit divina retributio- Pro istud ad-
nis intuitu honorare, dilecti filii fratres mi- versus Mar-
litiae templi tanto debent speciali gratia chionislam
confoveri quanto majoribus laboribus se Montisferrati,

exponunt pro servitio Iesu Christi, ac favorem apostolicum meruisse plenius dinoscuntur. Verum dilecta in Christo filia nobilis mulier relieta claræ memorie Mar chionis Montisferrati, sicut ex ipsorum gravi conquestione didicimus, eos super possessionibus & rebus aliis à claræ memoria viro suo de ipsis conniventia & consensu ipsis pia devotione concessis multipliciter aggravat & molestat. Vnde nos eidem nobili per scripta nostra mandamus ut ob reverentiam apostolicæ sedis & nostram ab eorundem fratrum super præmissis indebita molestatione desistat. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatinus dictam nobilem ad id, monitione præmissa, distinctione qua convertit, appellatione remota cogatis. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum ut in aliis per totum.

Scriptum est eidem nobili mulieri super hoc.

DAVALIENSI ET ZARATORIENSI
Episcopis, & electo Nazorensi.

SVAM AD NOS DILECTI FILII FRATRES MILITIAE Epis. 153.
TEMPLI QUETIMONIANA TRANSMISERE PRO ISTUD AD-
QUOD NOBILIS VIR RA, DOMINUS INSULÆ NI-
GRI-
GRIPIONTIS QUADAM POSSESSIONES A IACOBO possit.
QUONDAM DOMINO DE AVENIS PIETATIS INTUITU CONCESSAS EISDEM IN ANIMA SUA DIS-
PENDIUM DETINERE PRÆSUMIT. QUOCIRCA
DISCRETIONI VESTRAE PER APOTOLICA SCRIPTA
MANDAMUS QUATENUS DICTUM NOBILEM UT
EASDEM POSSESSIONES SINE QUALIBET DIFFICUL-
TATE FRATRIBUS MEMORATIS ASSINGER MONERE
PRUDENTER & EFFICACITER INDUCERE PROCURE-

P P P